

tibus proprietatibus cognoscuntur. Nam quia Luna ad plus .4. primorum annorum infantis dispositioni dominatur, quod numero per quem quatuor primos annos intelligimus, assimilantur, infans sui corporis teneritudine & infirmitudine festinumque clementer suscipit, cuius etiam maior & frequentior est aqua cibatio eiusdemque formae leuis alteratio, necnon ipsius anima debilis imperfectaque tenetur, secundum quod ex his quod propter opificem infantis animae partem accidit conueniens est, & quoniam secundus planeta quod Mercurius appellatur dominus existat, dispositionis .10. annorum frequentium, quod & pueritiae sunt, & secundus nominantur propter hoc inquam quod numeri medietatis. 20. annorum ipse dominus est, infra hoc annorum spatium, effectum intellectus & ratiocinationis animae manifestum, puer ingreditur uelut si quasi eruditionis plura et qualitatium animae radices in eo plantaretur. In his etiam annis ex eorum quae aptantur proprietatibus castigatio, necnon & doctrina splendescit & ad primi exercitii modos expergefactus insurgit. ¶ At quae dispositioni subsequendum annorum .8. quod & adolescentiae sunt & tertium nominantur, Venus dominando praesidet, & quod numero annorum eius propriae circūuolutionis aequatur motus decursus spermatis, eiusque multitudinis adunatio sumit initium, & ad actum usque uenereos adolescens ipse mouet. Hoc autem tempus esse dicimus, in quo animae quasi hominissimi similitudinem sortiuntur & uix minimam abstinentiae portionem tangentem ad plurimumque cupidinis impetum in omnibus ex rebus Veneris contingere possibilibus peruenientes tempestuosam luxuriam deceptionem mentisque caecitatem in optatis omnibus incurrunt. Et quae Sol medialis sphaerae dominator, dispositioni annorum, unde 20. quod quarto loco notati & ordine sunt mediani & iuuentuti deputati praesentem se dicitur, in operibus potentiae & in fructuosa dispositione uitae, necnon eiusdem directione sollicitudine iuuenilem habere animam sancimus, & ex qualitatibus derisorijs ludicris et deceptilibus ad animae salutem pudorisque conseruationem & honoris affectum, eam adulterari dicimus. Post Solem autem quae Mars .5. annis .5. loco constitutus dominatur, quod sunt anni roboris atque uigoris & numero propriae rotationis ipsius aequatur, uitae grauitas ac impedimentum & aduersitas incumbunt, animae uero cum corporibus anxietates & impedimenta sustinent, & corporis declinatio ferè sentitur et intelligitur, operabitur etiam homo gradia unde sibi summus labor eueniet, quare explicationem animae suae mortis accessum expetit, deiceps autem Ioui, sexti loci senem uedicati senectutis annos .2. suae propriae circūrotationi aequales assignamus, in quibus homo ab operibus corporis et laboriosis necnon, et ab anxietate manuum retrahit, animamque suam deinde periculo non committat, pro quibus omnibus sanum mentis habitum induens bonae conseruationi studebit, et pro sua magnanimitate turpia negligens in omnibus rebus desiderando prouidet, necnon sermocinator et consolator habebit. In hoc etiam tempore circa libertatem et honorificentiam bonamque famam cum pudore et reuerentia maxime sollicitabitur. Post hos autem anni Saturni uelut in extremo positi quod sunt senem, nec animae uitalis loci agressum terminati ordinati eueniunt. Hos frigidior corporisque motus, grauedo delectationis et appetitus diminutio, necnon et naturae festina declinatio commutatur. Haec autem qualitas uitam hominis exuit, impedimentum et tristitiam modicamque rerum sustentationem propter suorum motum debilitatem imprimat. Haec sunt igitur quae qualitatium temporum proprietates, quae secundum generales res naturae apparerent, particulares uero temporum proprietates, quoniam non nisi ex natiuitatis proprietatibus obseruare